

que sunt ūtūs naturalis · sicut est ḥ/ꝙ primo non est nōc=
dum/quedam vero consequuntur fidem · vt antixp̄m esse fu=
turuz · et licet tā hec q̄m illa sint credenda: tamen non sūt ar
ticuli fidei · Et videtur quibusdam/ꝙ non sint articuli · nisi
sint de deo ¶Item notandum/ꝙ inter credenda quedam sūt
de deo · quedam de alijs · Inter ea vero que sunt de deo: que
dam sunt de deo sine respectu creaturaz · quedam respectu
creaturaruz · que sunt sine respectu creaturarū: sunt/vnitas es
sencie · singularitas in nobilitate et supereminencia · contra
quod blasphemauit ¶Manicheus · ponens duo principia ·
bonoz · ſ · et maloz · et duos principes lucis et tenebraz · et
duo regna · ¶Eternitas · simplicitas · imutabilitas · personaruz
trinitas · et earundē equalitas Hec sunt quasi septē stelle in
dextera christi · Apo · j · Fides eñ illuminans circa ista · vij ·
donū christi est · ¶Inter ea vero que diuinē respectu creatura
rū principalia sunt: dei potencia · sapiencia · bonitas ſ̄ benig
nitas · q̄ncia vero ad hoc sunt/creatio · recreatio · et similia ·
¶Et apprehensione vero potencie sapiencie et bonitatis/oriū
tur · quasi oīs ptes diuini cultus · Ex apprehensione potēcie
diuine · adoratio et veneratio · Ad adorationē ptinet humilia
tio nostra exterioz vel interioz · qua recognoscim? nos sub =
esse deo · ſ · ad saluandū vel perdendū iure plenissimo · ¶Exteri
us fit hec recognitio in curuatione · genuflexione · pstratiōe
et cū exprimimus verbo nostrā subiectionē ad dominatissi =
mam potentiā dei ¶Interius vero fit hec recognitio cū cogita
mus puritatem nostram diuine maiestati subiectam · ¶Ad ve=
nerationem vero pertinet: ꝙ ad deum nō nisi loti p̄sumim?
accedere · vel sacra loca intrare · vel sacra tractare ¶Item ad
eandem pertinet · sacrorum locorum deoz · vasorum et orna
mentorum et luminariū apparatus · et celebritas diuini of=
ficij · Ex sapiencia vero dei cuncta lecide intuente · oriuntur
pudor · et timor · et sollicitudo declinandi · ea que deo displi=
cēt · et querēdi ea que deo placēt · ¶De bonitate vero primo o
ritur amor · et si referatur bonitas ad operationes · sortitur ·

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-389/0089
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG